452 *Chester-le-Street*, ara parva. Servari dicitur in *Newcastle*, in museo, ubi ego non vidi.

DEO APOL
ꟾVI LECIIA
.. . C . I . M

W. Featherstonhaugh Archaeologia Aeliana 4, 1848 p. 289; Bruce Arch. Ael. 1, 1857 p. 249, catalog. p. 29, 98, *wall* p. 311.

Legionis secundae indicatio incerta est.

Deo Apol[li]ni leg(io) II A[ug(usta)] v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

453 *Chester-le-Street*, arula. *Newcastle*, in museo.

Bruce:	*ego:*
DEO DI	DEO DI
C O C N	C≋≋CN
SANN'AI	SANIV≋
DEIIM	D I I M A

Contuli, sed de lectione desperavi; W. Featherstonhaugh Archaeologia Aeliana 4, 1848 p. 289, Bruce Arch. Ael. 1, 1857 p. 266, catalog. p. 46, 149, *wall* p. 311.

454 *Chester-le-Street. Newcastle*, in museo.

DEABS
VITBVS
V I A S
VADRI

Contuli. W. Featherstonhaugh Archaeologia Aeliana 4, 1848 p. 289; Bruce Arch. Ael. 1, 1857 p. 266, catalog. p. 46, 151, *wall* p. 311.

V. 4 Vedrae i. e. *Wear* fluvii nomen vetus sibi visus est agnoscere Bruce, nescio quo iure.

455 *Chester-le-Street*, in villae rusticae parietinis detecta a. 1856.

LEG · II · AVg

Bruce *wall* p. 312.

456 *Chester-le-Street, in a field about 300 yards south from the church.* Litterae instauratae sunt a manu imperita.

D M
S I N M
V I X I T
A N N I S
X X V
DIGNISS
M S

Bruce *wall* ed. II p. 298.

XXXVIII. VINDOMORA?

(Ebchester).

Soni similitudine fallaci ducti antiquarii vetustiores solebant fere Ἐπείακον Ptolemaei (2, 3, 16) ad *Ebchester* hodiernam referre (cf. Goughs Camden 3 p. 371); dixi autem supra (cap. XXXVII) secundum mensuras itinerarii in illam cadere Vindomoram (itin. p. 464, 4), ut iam perspexit Horsleius (p. 298; cf. Machlauchlan *Watling Street* p. 16; Bruce *wall* p. 346). Castrorum vestigia supersunt; tituli, praeter fragmenta quaedam incerta (n. 469. 470) et anaglypha, quae titulis carent (Horsley p. 287 *Durh.* 4), cohortium centuriarumve legionis alicuius, puto II Augustae, milites ibi quoque in opere castrorum fuisse occupatos ostendunt (n. 461—468); unus actarii est *cohortis* alicuius *IV Br....* *Antoninianae* (n. 458); contra tegulae ibi repertae *cohortem* aliquam *I Br.....* videntur nominare. Neutrius nomen certo suppleri potest. Cohors *IV Bre...* in tegulis Cambodunensibus, ut videtur, reperta est (supra cap. XIX); potest cogitari de Breucis, de Brittonibus, de Bracarensibus; horum tertiam cohortem in Britannia collocant diplomata a. 104 et 106, reliquorum vero nulla aliis testimoniis firmatur.

Auctores sunt ex capitibus praecedentibus noti R. Gale, Horsley, Hutchinson, Bruce. Titulum unum a *Swinburne* relatum relegavi inter suspectos (n. 9*).

457 *Ebchester*, nuper reperta una cum n. 460. 461. 462. 464, *which the Rev. Mr. Jefferson, for their preservation, caused to be fixed in the wall of the curacy house* HUTCH. *Built up in an outhouse belonging to the Rev. George Stubbs, the incumbent of the parish* BRUCE.

Hutchinson:	*Bruce:*
D E O M	D E O M
ARTAINI	ARTEIN
AVG IMP	AVG NE

Hutchinson *Durham* 2 p. 433; Surtees *Durham* 2 p. 300; Bruce *wall* ed. II p. 317 et in schedis, qui recte legit et explicuit.

2 in fine ANT Surt.

Deo Marti et n(umini) Aug(usti) n(ostri)

458 *Ebchester. 'This imperfect stone was taken out of a wall of a barn at Ebchester by the direction of the Hon^ble and Rev. Dr. Montague, Dean of Durham, to be preserved in the library of Durham'* GALE. Unde corrigitur Horsleii error, qui de origine nihil traditum reperiens Magnis stationi valli eam attribuit. Extat in bibliotheca Dunelmensi.

R I
VÆ · IVL · GER
NVS · ACAR
COH · IIII · BR
M T O N N I A *sic*
L · L · M

Contuli. R. Gale in exemplo Britanniae Horsleianae, quod C. R. Smith possidet; Horsley p. 233 *Northumberl.* 76 (inde Warburton vallum p. 79, 76; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 28 fig. 17; Hodgson 2, 3 p. 141; Wright *the Celt* p. 255; Hutchinson *Durham* 2 p. 432; Bruce *wall* p. 346.

V. 1 reliquias enotavi solus.

[I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Iun(oni?) Miner]vae Iul(ius) Ger[ma]nus actar[ius] coh(ortis) IIII Br(ittonum?] Antoninia[nae v(otum) s(olvit)] l(ibens) l(aetus) m(erito)

459 *Ebchester*, servatur in bibliotheca Dunelmensi, ara parva.

DEO
bufo VITIRI *aper*
MXIMV
S V S

Contuli. Gibsons Camden ed. II 2 p. 955 (inde Orell. 2068); Horsley p. 288 *Durh.* 6 (Goughs Camden 3 p. 371 tab. 20 fig. 14; Britton *beauties* 5 p. 185); Hutchinson *Durham* 2 p. 431.

3 MXIMV Horsl. Lectio omnino certa est.

Deo Vitiri Maximus v(otum) s(ol(vit)

460 *Ebchester*, rep. *a few days before I came there* HORSL. *Fixed in the wall of the curacy house* HUTCH.

COH V̄

Horsley p. 289 *Durh.* 8 (inde Goughs Camden 3 p. 371); Hutchinson *Durham* 2 p. 433; Surtees *Durham* 2 p. 300.

Hutchinson *Durham* 2 p. 431 alium lapidem profert ita COH·V|LEG·VI·VIC inscriptum, quem aut male lectum esse puto aut ab hoc loco alienum.